

Sancti Iacobi, d. 21 decembris 1969

607/69

Em.mo Domino Cardinale
Pericli Felici,
Praesidi Pontificis Commissionis
Codici iuris canoniee recognoscendo.
Romae.

Ref.: Prot.N. 2046/69

Eminentissime Domine,

Annexum invenies votum, proh dolor celeriter
scriptum, super schema "Legis Fundamentalis Ecclesiae".

Dum vota occasione Domini Natalis Eminentiae
Tuac ex corie pando, addictissimus permaneo,

PATRIMONIO UC

Temporis penuria examen huius schematis absolvi nimis celeriter, ne dicam superficialiter; ideoque inde ab initio veniam peto pro defectibus et lacunis, forsitan etiam magni momenti mei, laboris.

Animadversiones generales. Schema, sive quoad substantiam, sive quoad eius structural, in genere placet, tamen cum quibusdam animadversionibus. En principaliores:

1) Meo humili iudicio opus esset ut haec "Lex fundamentalis" vera efficacia iuridica gauderet. Hoc significat in concreto ut tribunalibus ecclesiasticis agnoscat, pro uniuscuiusque gradu ac competentia, facultas declarandi irritam vel saltem pro casu particulari inapplicabilem eam legem, decretum generale, instructionem, decretum administrativum vel praeceptum, qui contradicat legem istam fundamentalem. Aliter Lex fundamentalis carebis una ex praecepsis qualitatibus, pro iurium tutela maximi quidem momenti, quae talibus legibus hodie communiter in ambitu communitatum temporalium agnoscitur. Res salebrosa est, tamen non puto difficultates ex ipsa Ecclesiae natura insuperabiles esse. Si haec animadversio phaset, determinanda esset magis in particulari conditio sub hoc respectu legum pontificalium et aliorum subiectum potestatis legislativae, immo et actuum potestatis executivae. Ni fallor, hanc meam propositionem eo vel magis explicite consideranda est, quod etiam reticito hoc problemate fers impossibilis est idem apud tribunalia ignorari.

2) Persaepe iteratur locutio "ad normam ss. canonum", vel "ad normam iurie".

Haec iteratio mihi videtur inconveniens, nam ex una parte hoc frequentissime subintelligitur, et ex altera impressio gignitur quasi omnia quae in Lege fundamentali agnoscitur, legibus inferioribus evanescere posse. Sic recursus de quibus in animadversione prima, fere evanescent.

3) Circa notionem Ecclesiae particularis (cf. p. 63), sedulo at endendum est ad factum quod haec denominatio in ipso Cono. Vat. II ritibus, et non tantum orientalibus, applicatur (Cf. Dscr. O.E., n. 2). De hac re, propter oecumenicum momentum, rogo ut audiantur periti in theologia ac iure orientalium.

4) Iure merito dicitur Legem fundamentalem non restringi ad sola menta iuris divini, ideoque et reformari potest. Consequenter preferrem ut magna saltem lineamenta organizationis ecclesiasticae universalis in ipsa insererentur. Hic es est casus plurium Dicasteriorum Curiae Romanae, non omnium, et Synodi Episcoporum, quae est natura sua perpetua.

5) Humiliter arbitror defectus magni momenti in schemate inveniri: non loquitur de Patriarchatu Occidentis. Ni fallor non pauca incommoda in generali gubernio Ecclesiae oriuntur ex facto quod non satis attenditur in activitate Episcopi Romanii quaenam pertineant ad munus primatiale Successoris Petri, ad suum munus patriarchale, aut primati Italiae, etc. Multa forsitan quae Dominus Papa agit in Ecclesia latina pertinent potius ad ambitum patriarchale et non necessario ad munera Summi Pontificatus. Etiam haec clarificatio maximi momenti est ad problemata oecumenica solvenda. Meo iudicio "stylus", ut ita dicam, necessitudinum Romanii Pontificis cum caeteris Patriarchis valde differre debet ab agendi modo cum caeteris Episcopis sui Patriarchatus. Hoc minime significat restrictionem potestatis Successoris Petri, sed potius lucidior applicatio principii subsidiaritatis in quendam structura iam traditionali. Fateor difficultates non paucas adesse, sed forsitan tempueest ut sedulo considerentur.

6) Rogarem ut in notulis referentiae adderentur ad alios canones ipsius legis fundamentalis, et supprimerentur referentiae ad leges inferiores, sc. ad Codices et alia huiusmodi, ne ista lex videatur subordinari legibus inferioribus.

Animadversiones ad singulos canones.-

Frequenter in hac parte ideam tantum proponam, relinquendo iis ad quos res pertinet, redactiones emendatam. Sic, ut puto, magis practice et realisticē labor procedere potest.

C. 1: § 1: placet iuxta modum. Modus: In rebus iuridicis maximi momenti est di-
tissima illa categoria uti quae voce "sacramentum" exprimitur et
saepe a Cono. Vat. II inculcatur (cf. e.gr.: LG nn. 1, 9, 48, 59; SC
n. 26; AG n. 5; aequivalenter "mysterium": UR n. 2; LG nn. 5 et 8; SC
n. 2). Meo iudicio haec idea clavis est ut vera natura iuris ac insti-
tutionis ecclesialis ostendatur idemque ius, magis quam hodie acci-
dit, ut quid positivum accipiatur. Mentio quae per transennam fit in
prooemio mihi non videtur sufficiere. Addatur ergo:

"Elementa tamen visibilia ad ipsam Ecclesiae naturam pertinent et
ita quidem ut per ea et in eis salus hominibus aveniat, ex quo patet
cur ipsa iure salutis sacramentum dicatur" (cf. LG 9).

§ 2: pl. iuxta modum. Ratio habenda est de plena vel minus plena communio-
ne, secundum ea quae ciountur in can. 7, § 2, qui canon saltem in notu
la citandus esset.

§ 3: pl. iuxta modum. Modus: delectantur verba "qui saera...deputantur", quia
non necessaria, immo et redundantia.

C. 2: Placet.

C. 3: Placet iuxta modum. Modus: scribatur "atque ratione omnium...", claritatis
causa.

C. 4: Placet iuxta modum. Modus: si oitatio fit secundum textum graecum, oportet
scribere "discipulos facite" pro "docete".

C. 5: § 1: Non placet. Doctrina est certissima, attamen ar itror non esse legem
fundamentalem locum proprium ut obligations eorum qui Ecclesiae non
plene incorporantur inculcentur. Res posset dici per transennam in
contextu § 2.

§ 2 et 3: melius esset si ordo inverteretur.

C. 6: § 1: pl. iuxta modum: En modo:

1) Scribatur: "Baptismate homo Christo in Ecclesia incorporatur" (15);
LO 11 et UR 4. Ratio: a) theologice loquendo melius est agere de
incorporatione Christo et Ecclesiae. Insuper locutio de incorpora-
tione mihi videtur magis directa et substantialis.

2) Vitarem verbum "auxiliis" quia ansam praetere potest extrinsecismo.
Ipsis namque actionibus hic memoratis Ecclesia aliquo modo extrui-
tur. Propono ergo: "Ecclesia eos qui baptismum receperunt (), do-
cet, sanctificat ac regit, ut in finem supernaturalem ... conse-
quantur".

§ 2: pl. iuxta modum: Modus: "Baptismate homo in Ecclesia Christi consti-
tuitur persona seu subiectum iurium et obligationum canonicoarum,
cum omnibus...". Sic consequenter ad modum l. um pro § 1. Additio
mihi videtur valde opportuna propter rationes praesertim psycholo-
gicas.

C. 7: Placet.

Q. 8: § 1: pl. iuxta modum. Modus: "... licet () Ecclesiae Christi nondum actu incoorporantur, ad eandem...". Sic vitatur locutio "pertineant", se-
cundum placita ipsius relationis.

§ 2: placet.

Q. 9: Placet, tamen cum animadversionibus:

Ad 1.um: Cur non loquitur de "communione" in fide, quae locutio est valde
traditionalis?

Ad 3.um: Forsitan clarior esset locutio "Communio sub regimine Ecclesiae".

Q. 10: pl. iuxta modum. Modus: "... dispensatores et rectores pro aliis pastores constituuuntur...". Verbum "pastor" omnia munera, ni fallor, comprehen-
dit.

Q. 11: Placet.

Q. 12: Placet.

Q. 13: Placet.

Q. 14: pl. iuxta modum. Vide animadv. generalem n. 2.

Q. 15: Placet.

Q. 16: Pl. iuxta modum. Modus: Proponerem ut aliquid diceretur de iure christifi-
delium cognoscendi oeconomicam rationem aut conditionem Ecclesiae.

Q. 17: Placet.

Q. 18: Pl. iuxta modum. Cf. animadv. gen. n. 2.

Q. 19: Pl. iuxta modum. Cf. animadv. gen. n. 2.

Q. 20: Placet iuxta modum. Orationi finis imponi posset post verbum "moderari".
Cavendum insuper est ne porta relinquatur apera ad iura ad nihilum redigen-
da. Forsitan dicoi posset quod haec iura exerceri possunt in communione cum
Ecclesiae Pastoribus.

Q. 21: Placet iuxta modum. Addatur tertius paragraphus:

"Qui ad iudicium vocatur ius habet ut id fiat coram tribunali praestabili-
to et ut iudicetur secundum leges ante ortam iudicialem controversiam pro-
mulgatas". Haec principia sunt communiter adiuissa.

Q. 22: Placet.

Q. 23: Placet iuxta modum. Modus: Non mihi patet quid significet verbum "illegi-
time" et nescio ubinam in lege canonica de hac re verbum explicitum fiat.

Q. 24: Placet.

Q. 25: Placet.

Q. 26: Placet.

Q. 27: Placet iuxta modum. Modus: Pro verbo "Domino" forsitan "Capiti" scribi pos-
set ut aliquo modo innuatur ministerium hierarchicum ad munus Capitis re-
ferri.

Q. 28: Placet.

Q. 29: § 1: pl. iuxta modum. Modus, vitetur saltem apparens contradictio cum c. 26,
§ 1 et 2.

§ 2: placet.

§ 3: pl. iuxta modum. Quid sibi vult hio clausula "ad normam iuris"? Ni fal-
lor res magis ex prudentia pastorum quam ex iuridica ordinatione pen-
dere.

C. 30: pl. juxta modum. Modus: scribatur "... varia ministeria hierarchica inestituit...". Additio videtur opportuna ut haec ministeria melius distinguantur a ministrationibus et charismatibus, quorum ortus in Ecclesia communius Spiritui Sancto attribuitur.

C. 31: § 1: pl. juxta modum. Modus: debeat verba "universo caritatis coetui praesideret atque", quae proveniunt ex S. Ignatio Ant. ad Rom., et ibi dicuntur de Ecclesia Romana, non explicite de eius Episcopo, qui un epistola ne quidem memoratur. Haec dico pro fide allusionia.

§ 2: placet.

§ 3: placet.

C. 32: placet.

C. 33: § 1: pl. juxta modum. Modus: Fiat mentio de primatiali potestate in omnes sive pastores sive fideles. Cf. LG n. 22.

§ 2: placet.

C. 34: § 1: placet.

§ 2: placet juxta modum. Modus: "... ut renuntiatio libere facta, vide...". Forsan opportunum est ut de libertate explicite mentio fiat.

C. 35: Placet iuxta modum. En modis:

- 1) Salvo meliori iudicio eporteret in Episcopo Romano distinguere munera Successoris Petri, Patriarchae occidentis, Primatis Italiae nec non Metropolitas Provinciae Romanae ac Episcopi ecclesiae localis Romanae. Praecipue vero mentio fieri debet muneric Patriarchalis, propter momentum oecumenicum.
- 2) Rescio utrum ad Ecclesias orientales quod attinet admitti debeat instantia executiva vel legislativa intermedia inter supremum ritus seu Ecclesiae Hierarcham et Romanum Pontificem.
- 3) ~~No~~ humili iudicio potestas horum institutorum esse deberet mere exsecutiva aut judicialis, non vero legislativa, quae personaliter a Summo Pontifice vel a Synodo Episcoporum esset exercenda.
- 4) Minus placent verba "auctoritate Ipsiis", quae certe intelligi possunt sed ansam praebent confusione inter personalem auctoritatem Romani Pontificis et decisiones dioasteriorum aut personarum quae potestatem exercent ex delegatione (quidquid sit de terminologia iuridica) et stricto sensu decisiones Summi Pontificis dici nequeunt.

C. 36: § 1: placet juxta modum. Modus: scribatur "() Ecclesiae pastores constituntur, ut sint doctrinae magistri..."

§ 2: placet.

Addatur canon seu § 3 hoc vel simili modo: "Munus Episcopi tanquam pastoris determinatae dioecesis cessat renuntiatione a competenti auctoritate acceptata".

C. 37: placet.

C. 38: placet.

C. 39: placet.

C. 40: placet.

C. 41: § 1: placet.

§ 2: pl. juxta modum. Modus: non obstantibus rationibus praefero "probandas"

C. 42: Placet.

C. 43: ¶ 1: pl. iuxta modum. Modus: "... idem probet, quo in casu procuratorem mittere potest". Proponitur mutatio ordinis et vitatur tempus obligationis.

¶ 2: pl. iuxta modum. Modus: "...; si non fuerit, omnibus Congregationibus Generalibus et Sessionis publicis, sine tamen suffragio..." Aliter utilitas procuratoris fere evanescit.

C. 44: Placet.

C. 45: Non placet.

1) Canon agit de Concilio oecumenico, non de Collegio.

2) Non video sufficientes rationes ad servandam distinctionem inter approbationem, confirmationem et promulgationem. Neque video cur haec duo ultima requirantur ut actus inter se distincti. Ni fallor historia aliud docet.

Canon, meo iudicio, deleatur. Sufficit c. 41, ¶ 1.

C. 46: Placet.

C. 47: Placet.

C. 48: ¶ 1: pl. iuxta modum. Modus: "... Novi Testamenti in ministerium sacerdotes Ad innuendam distinctionem cum sacerdotio commune.

¶ 2: pl. iuxta modum. Modus: scribatur "... in exercendo suo ministerio..." Conceptus potestatis minus dicit.

¶ 3: pl. iuxta modum. En modi:

1) "Ordinationem in Ordine", nonne cacophonice dicitur?

2) "Qui servitio". Num presbyteri religiosi non pertinent ad presbyterium?

3) Verbum "adiuvet" non videtur sufficienter explicare munus presbyterii in pastorali cura dioecesis.

C. 49: Placet.

C. 50: ¶ 1: pl. iuxta modum. Modus: pro "stabilendam" scribatur "congregandam" vel "pascendam".

¶ 2: placet.

C. 51: Placet.

C. 52: Placet.

C. 53: Placet.

C. 54: Placet.

C. 55: Placet.

C. 56: Placet. Tamen in ¶ 1 verbum est "definito" vel "definitivo".

C. 57: Placet.

C. 58: pl. iuxta modum. Modus: Ultima phrasis videtur redundare.

C. 59: Placet.

C. 60: Placet.

C. 61: Placet.

- C. 62: pl. iuxta modum. Modus: Proponerem ut inter media sanctificationis etiam ministerium verbi memoraretur.
- C. 63: Placet.
- C. 64: Placet.
- C. 65: pl. iuxta modum. Modi:
Generalis: Praferrem ut servaretur ordo traditionalis sacramentorum.
§ 1: placet.
§ 2: pl. iuxta modum: velle ut magis explicite loquatur de necessitate ministri valide ordinati ad validam celebrationem eucharistiae. Textus, meo iudicio, non sufficienter excludit dubitationes de hac re nostris temporibus crebrius expositas.
- C. 66: § 1: placet.
§ 2: placet iuxta modum. Modi:
1) scribatur "intendens agere quod agit Ecclesia", vel, secundum directorium oecumenicum "quod agunt christiani".
2) deleantur verba "sacerdotum...praescripta", ratione terminologica tum Concilii Vat. II, tum novae legislationis liturgicae.
- C. 67: Placet.
- C. 68: Placet.
- C. 69: Placet.
- C. 70: § 1: pl. iuxta modum. Modus: pro "auctoritate" scribatur "...secundum uniuscuiusque ordinationis gradum ministerium quo Christus..." Vox "auctoritas" videtur nimis restricta.
- C. 71: § 1: placet.
§ 2: pl. iuxta modum. Modus: post verbum "exclusive" addatur "ac perpetuo".
- C. 72: Placet.
- C. 73: Placet.
- C. 74: § 1: pl. iuxta modum. Modus: Omitterem verbum "commune" ad vitandas restrictivas interpretationes.
§ 2: placet.
- C. 75: Placet.
- C. 76: Pl. iuxta modum. Modus: Optarem in in Lega fundamentali aliquid diceretur de cessatione legis, et praeceps ex contraria consuetudine, etiam non approbata, quod factum videtur ignorari sed dici nequit inefficax...
- C. 77: § 1: placet.
§ 2: placet iuxta modum. Modus: Quid sibi vult illud "nomine"? Cf. modos ad can. 35. M lius esset dicere "potestate a suprema auctoritate delegata", quod puto componi posset cum terminologia iuridica de potestate ordinaria vel delegata, propria aut vicaria, etc.
- C. 78: Placet.
- C. 79: § 1: pl. iuxta modum. Modus: Attendantur ad conceptum "Ecclesiae particularis" apud orientales.
§ 2: pl. iuxta modum. Modus: Addenda est mentio de Archibispiscopis maioribus.

- C. 80: Placet.
- C. 81: pl. iuxta modum. Modus: Diaconi iam aliquo modo vocati sunt ipsa ordinatio. Cf. mod. gen. n. 2.
- C. 82: Placet.
- C. 83: Placet.
- C. 84: % 1: pl. iuxta modum. Modus: formula "stabiliat Regnum Christi et Dei" non mihi videtur satis accurata, theologice loquendo.
% 2: placet.
- C. 85: Placet.
- C. 86: Plaoet.
- C. 87: Placet.
- C. 88: Placet.
- C. 89: Placet. Estne opportunus?
- C. 90: Placet.
- C. 91: Placet.
- C. 92: Placet.
- C. 93: Placet.
- C. 94: Placet.

PATRIMONIO IHC

Liceat mihi duas adhuc animadversiones breviter exponere.

- 1) Existentialia alicuius "Legis fundamentalis" elementum est commune regimini bus politiciis quae democraticis characteribus ornantur. Cavendum est ne promulgatione "Legis Ecclesiae fundamentalis" ansa praebeatur ut Ecclesia a quibusdam democratiae plus aequo assimiletur. Iuridice loquendo Ecclesia non est democratis, quamvis nonnulla elementa habeat democratica.
- 2) Non est dubium de sufficientia auctoritatis Romani Pontificis aut Concilii oecumenici ad Legem fundamentalē promulgandam. Possibilitas ut promulgatio fiat a Concilio non videtur satis realis. Optarem autem ut, post amplam consultationem et consensionem, promulgatio fieret a Summo Pontifice post approbationem textus a Synodo Episcoporum. Momentum rei sive pro ipsa Ecclesia catholica, sive sub respectu oecumenico, hanc procedendi rationem valde commendat.

Sancti Iacobi, d. 21 decembris 1969